

Cap. CII½. De penis et casibus non contentis
in statutis.

(G) ratum et firmum esse volumus et ordinamus quod, si
casus aliquis criminalis accideret¹⁾ coram dominio
5 Tergesti, qui ad cognitionem domini Tergesti pertineret, de
quo casu sive de pena pro ipso inponenda non reperiretur sive
non contineretur in aliquo statuto sive ordinamento civitatis
Tergesti, tunc remaneat in discretione et libertate domini pote-
statis Tergesti puniendi et condempnandi delinquentem in tali
10 casu, a vigintiquinque libr. par. inferius tantum.

Cap. CIII. De bagordantibus vel armilustran-
tibus et de currentibus equos.

Hoc nolumus carere statuto et ideo ordinamus quod qui-
cunque voluerit baghordare vel costrare in civitate Ter-
15 gesti in platea comunis, primo debeat venire et denunciare
dominio sive domino potestati qui pro tempore fuerit, et petere
feri cridam publice per preconem comunis super scalis palacii
et in contrata, ubi deberet fieri baghordum sive costram, quod
quelibet persona utriusque sexus sibi cavere debeat et suam
20 familiam custodire occasione dicti baghordi sive costre, et
dominium sive potestas // qui pro tempore fuerit teneatur et 178 B
debeat fieri facere cridam, et concedere licentiam fatiendi ip-
sam cridam, qua crida²⁾ sic facta, si dampnum aliquod acci-
deret alicui persone, tam in persona quam in membro vel
25 sanguinis effusione, in loco predicto occasione dicte zostre
seu bagordi, costrantes vel ba(r)gordantes et aliquis de eorum
comitiva ad nullam penam teneantur. ¶ Insuper nulla persona
sit ausa vel presumat baghordare vel astiludere cum astis
sive lancis habentibus ferrum, sub pena centum sold. par. pro
30 quolibet contrafatiante et vice qualibet contrafacta. ¶ Et quod
nulla persona etiam sit ausa curere cum aliquo equo vel super
aliquem equum in aliqua parte civitatis Tergesti, preterquam

¹⁾ occideret. ²⁾ Aggiunta sopra il rigo.